



Contenta. 69.

Testament & vltim. voluntatib. Rolan. Bonomen
Sicut scilicet ab iure stato. 298
Epste duc. altā Clemē. 7. ppe. Altā Carol. 5. Imperator
Epste antiquissime ex sacre institutione pontificū & Imperator
Cromin new manifestely historien. diff. Examine etc.
Vom glauben und guten wercken was die vorwilt zur felicität
Berichtige Sätze von Roma. 1527. gewaltiglich eingenommen in
Contra ad remouendos abusu. & ordinatio ad dei vltim reformandam
Ein gesprech Inueyer cheinliche do einer dz andern über
Iren man daz in Eras. 20.

De. 145.

~~Lb. 58. (1-8) R~~

CONSTITVTIO

ad remouendos abusus et or-

dinatio ad cleri uitam reformandam per Reuendissi-
mum in Christo patrem, & Dominum D.

Laurentium tituli sanctæ Anastasiæ,

S. R. E. presbyterum Cardi-

nalem, & ad Germaniam

&c. de latere Legatum

nuper Ratisponæ

næ ædita.



¶ Præjicitur constitutionum index.



Sequitur index Constitutionū.

De his qui Euangeliū Christi dei prædicabunt, & quales esse debeant, una cū cæteris Clericis in uestibus & armis.	Constitutio. I.
Tabernas publicas esse uitandas Clericis.	II.
Nemo in domo sua comotationes laicis cōcedet.	III.
Sacerdotes curati ultra debiū neminem grauare debent.	IIII.
Ab administratione sacramentorum nihil exigendum.	V.
Quid Ordinarijs in istiusmodi Cōstitutionibus sit faciendū.	VI.
Exequiarum conuiuia, non esse in tabernis seruanda	VII.
Confitētes posthac nō esse remittēdos, casib⁹, exceptis trib⁹.	VIII.
Nō esse ecclesias locandas citra Ordinarij consensum.	IX.
Quō domus dotales collapsæ reparari debeant.	X.
De religiosis professis, quō ecclesijs & beneficijs præesse pnt.	XI.
Quid agere debeant cum suis monasteriorum prælati.	XII.
Quid cum ordinatis in Vrbe sit agendum.	XIII.
Sacerdotes caste atq; continenter uiuere debere.	XIIII.
De quæstoribus siue Stationarijs.	XV.
Sacerdotes pegrincs, nō eē leuiter ad celebrationē admittēdos.	XVI.
Elemosynas quasdam ad armaria fabricę deponendas	XVII.
De officio Suffraganeorum.	XVIII.
De festis sanctorum deponendis.	XIX.
Nuptiarum dies prorogati.	XX.
Ieiunia omnia esse obseruanda.	XXI.
Propter cædem, non erit interdicendus locus	XXII.
De Clericis ab intestato decedentibus.	XXIII.
Datur uenia perfidos coercendi Lutheranos.	XXIIII.
Medios beneficiorū fructus, nō esse ab Epīs exigendos.	XXV.
Singulo triennio prouinciale concilium celebrandum.	XXVI.
Negligentibus horas canonicas, fructus subtrahendos	XXVII.
Qui ecclesiastica sepultura priuantur, & qui non.	XXVIII.
Blasphemos Clericos seueriter esse puniendos.	XXIX.
Prohibetur Symonia iuxta patrum sanctiones.	XXX.
Quō sortilegi & incantatores Clerici puniendi sunt.	XXXI.
Temere non esse loquendū inter pocula clericis de fide.	XXXII.
De uicarijs, ut competentem habeant fructum, & pauperibus prouideatur.	XXXIII.
Generatim & alia patrum statuta seruanda præcipiuntur, nec trāsgressoribus in aliquo parcendum, &c.	XXXIIII.



Aurentius Miseratione diuina tituli Sanctae Anastasiae, S. Romanae ecclesiae presbyter, Cardinalis per uniuersam Germaniam, ac Hungariae, & Bohemiae, Poloniaeque regna, & quaecumque alia loca, ad quae Nos declinare contigerit domini nostri Papae, & Apostolicae sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam, Ex legationis officio a sede Apostolica nobis commisso, obligamur, ut circa statum personarum ecclesiasticarum sub finibus nostrae legationis consistentium in melius reducendum propensius cogitemus, ut quae in eis a sanctorum patrum decretis, & ordinatione deuiare perpenderit, ad debitam reformationis normam dirigentes eis operam adhibeamus efficaces. Nuper siquidem quum sanctissimus dominus noster CLEMENS Papa. VII. cum pro pastoralis suo officio, tum pro ea affectione, qua inclytam nationem Germanicam paterne prosequitur, intellectis eius fluctuationibus, haereticorumque impietate indies crescente, Nos ad uniuersam Germaniam suam, & apostolicae sedis Legatum de laetere miserit, non aliam ob causam, quam ut tranquillitati prouinciae, & saluti animarum, quae periclitantur ob dictam nuper natam impurissimam omnium haereseos sentinam, consulat. Quod onus licet humeris nostris impar, eius tamen praecipitis, & mandatis obedire (ut tenemur) uolentes, freti Christi fauore seruatoris nostri (cuius negocium agitur) subiuiimus. Nihil hic prorsus nostris uiribus tribuentes, aut praeter ea cupientes, quod ad munus hoc foeliciter implendum attineat. Cunctis aliquot mensium experientia multa collapsa, & praeter omnem opinionem difficultatibus plena perpenderimus cum Serenissimo FERDINANDO Hispaniarum principe Archiduce Austriae Imperiali locutenente generali, communicatis consilijs concordis sententia Particulari conuentum in ciuitate Ratisponae conuocare decreuimus. In quo una nobiscum interfuerunt praefatus serenissimus Princeps, & Archidux, Reuerendissimus Matthaeus, S. Romanae ecclesiae tituli sancti Angeli presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Saltzburgenis. Ac illustrissimi, Wilhelmus & Ludouicus Palatini, Rheni duces in superiori, & inferiori Bauaria fratres germani, Venerabiles in Christo patres Bernardus

Episcopus Tridentineñ. Iohannes administrator ecclesie Ra-
tisponenñ. Palatinus Rheni dux Bauariæ, Ac nunciij siue ora-
tores oēs, cum pleno mādato uenerabilium in Christo patrū
& illustrissimorū principum Vigandi episcopi Bambergeñ.
Georgij episcopi Spireñ. Palatini. wilhelmi episcopi Argē-
tineñ. Christophori episcopi Augusteñ. Hugonis epis-
copi Cōstantieñ. Christophori episcopi Basiliēñ. Philippi e-
piscopi Frisingeñ. Palatini Rheni ducis Bauariæ, Ernesti ad-
ministratores ecclesie Patauieñ. ac Palatini Rheni ducis supe-
rioris, & inferioris Bauariæ, & Sebastiani episcopi Brixieñ.
cum quibus pluribus hinc inde in discussionem allatis, & præ-
cipue quibus consilijs, quibusq; modis præfati nationi Ger-
manicæ periclitanti consulere, Paribus sententijs receptū fu-
it, hanc perditissimā hæresim rudi populo plausibile ob liber-
tatē illi falso persuasam prætextu Euangelicę charitatis, nō par-
uam habuisse occasionē, partim a perditis moribus, & uita cle-
ricorū, partim ob nō diutius dissimulandū sacrarū sanctionum
ecclesiasticarūq; cōstitutionū abusum, & perinde nō parū mo-
mēti fore extirpāde hæreticorū Lutheranoꝝ & eorū sequatiū
sectæ, ut clerici ad honestatem uitæ, moresq; suos illos, q̄s di-
uus Paulus exigit, & præscribit debita cēsura reducti, abusus-
q; laicos male offendentes, sublatis fuerint, Itaq; habitis matu-
ris deliberationibus, & pijs cōsilijs præfatorū Ferdinādi prin-
cipis, Cardinalis, ac ducū, & episcoporū, atq; nunciorum su-
orū infra scriptos salutare aliquot tam necessarię reformatio-
nis sacerdotum, presbyterorū, religiosorū, & clericorū modos
præscribere, statuere, sancire, atq; ædere necessariū duximus.
Quocirca autoritate apostolica, qua fūgimur in hac parte sta-
tuta, & ordinationes per nos (ut præfert) ædita ab omnibus,
& singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præposi-
tis, Decanis, Archidiaconis, & alijs personis, in ecclesiastica
dignitate constitutis, ac parrochialiū ecclesiarū, aliorumq; be-
neficiorū ecclesiasticorū rectoribus, presbyteris, religiosis, &
clericis in uniuersa Germania residentibus, prout eos & eorū
quemlibet respectiue tāgit, aut tangere poterit in futurū, per-
petuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari uolumus.
Decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam

quavis authoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus uniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac alijs personis in ecclesiastica dignitate constitutis, nec non Metropolitanis, & alijs cathedralium ecclesiarum, Canonicis, ipsorumq; Archiepiscoporum & Episcoporum Officialibus, & Vicarijs generalibus, per presentes committimus & mandamus. Quatenus ipsi, & eorum quilibet, si & postquam pro arte illorum, quorum interest, aut in futurum interesse poterit, fuerint requisiti statuta, & ordinationes huiusmodi, & horum singula inuiolabiliter obseruari faciant. Contradictores per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia copescendo. Inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, non obstant. consti. felicitis recordationis Bonifacii Papae, VIII. qua cauetur, ne quiuis extra suam ciuitatem & diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae diocesis ad iudicium euocetur. Seu ne iudices a sede apostolica, uel eius authoritate deputati extra ciuitatem, & diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alij, uel alijs uices suas committere praesumant. Et in concilio generali de duobus diebus, & personis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis, & alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscumque. Verum, quia difficile foret praesentes literas ad singula loca, ad quae expediens fuerit deferri, uolumus, & authoritate apostolica decernimus, quod transumptis praesentium literarum manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, ea fides adhibeatur, quam eiusdem originalibus, si essent exhibitae uel ostensae adhiberet. Et huiusmodi statuta, & ordinationes ad singulorum noticiam deducantur, uniuersis locorum ordinarijs, authoritate apostolica praefata in uirtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus statuta & ordinationes huiusmodi per se, uel alium, seu alios in eorum ecclesijs, uel ciuitatibus publicent, seu publicari faciant, quae post publicationem ipsam, eosdem, quorum interest, aut in interesse poterit, perinde arceant, ac si eis personaliter intimatae essent, aut intimarentur. Tenor uero statutorum, & ordinationum praedictarum sequitur, & est talis

¶ Cum potissimū anima uerbo, quod ex ore dei procedit, ui-
uat id autem nec passim, nec ab omnibus expediat præ-
dicari, admonente apostolo, qui inquit, quomo-
do enim prædicabunt, nisi mittantur?

.I.

¶ Ideo statuimus, & ordinamus, ut non liceat cuiquam eti-
am religionem professo, & quomodolibet exempto Euange-
lium docere, nisi ab Ordinario, uel eius Vicario tam moribus
quam doctrina probatus fuerit, facta fide per patentis literas,
quæ præter Notarij mercedem gratis prorsus concedantur.
Missi itaq; atq; probati Euangelicum negociū tractabūt re-
cte, sobrie, & pure, loca quæq; recondita magis, & abstrusa, in-
tellectuq; difficilia, nō ad nouum, & adulterinū sensum, Sed
iuxta sanctorum patrum, & ab ecclesia receptorum doctorū
præcipue Cypriani, Chrysoctomi, Ambrosij, Hieronymi,
Augustini, & Gregorij exponant, & interpretentur, omni-
etiam ope studeant, ne pro ueris somnia et aniles fabellas, pro
certis dubia, pro receptis apocripha, & iam dudum explosa,
damnataq; ab orthodoxa ecclesia tradant, uel depromant, id-
q; omni modestia, ne unquam eos ad conuitia, iniuriasq; de-
labi contingat, locusq; ille cum populi offendiculo dehone-
stetur. Itaq; Ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos,
constituat, qui per dioccesim inquirāt, qui sint ad euangelicā
doctrinā idonei disseminādā, quiq; ad Lutheranam perfidi-
diam non deflectāt, ut remedia adhibeātur, quo popul' recte
instituat in Christiana lege, & ab ea deficiens, ne se cum ali-
os trahat, debite coherceatur, cultus diuinus obseruetur, per-
agaturq; his modis, & ritibus, qui per manus sanctorum pa-
trum nobis traditus, & per maiores nostros obseruatus est in
sacrificio altaris, officijs defunctorum, canonicis horis, cæte-
risq; diuinis laudibus atq; cæremonijs. Hinc hortamur, atq;
monemus omnes & singulos, qui sacris initiati sunt, ut uiuant
uitā quam professio exigit, & Chrs requirit, inquiēs. Sic luce-
at lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona
& glorificēt patrem uestrum, qui in cœlis est. cum uestitu ho-
nesto incedant, quem Paulus alibi præscripsit. Quapropter
singulari cura intendat quisq; Prælati, ne hi, quibus preest,
in sacris ordinibus constituti, uestes uarij coloris, uelut uirga

tas & fimbriatas deferant, sed longis, atq; talaribus utantur, nulla arma induant, nisi itinerantes, barbamq; & comam non nutriant, coronam, & tonsuram deferentes, tum summopere curantes, ne quem laicorum indecentia uestitus offendant, ut sacris Canonibus cautum est.

¶ Insuper tabernas publicas euitent, nisi eas peregre proficiscientes ingredi oporteat, & tam inibi quam domi, & alibi a crapula, ebrietatibus, omniq; ludo a iure prohibito, blasphemis, rixis ac alijs quibuscunq; excessibus, & offensionibus penitus abstineant. Choreas spectaculorum, & conuiuia publica uitent, ne ob luxum petulantiamq; eorum nomen ecclesiasticum male audiat.

¶ Cunctis secundum Apostolum nemo militans deo sese negotiis secularibus implicare debeat. Nemini liceat contra provincialia statuta, & synodalia domi suae tabernam, compotandiq; locum aperire laicis, quonia non raro sequi solent ebrietatem rixae, caedes, & multa hoc genus scelera, quae sacerdotalem polluant dignitatem. Praeterea negociationibus, mercimoniisq; more mercatorum abstineant.

¶ Sacerdotes aut curati, quicq; uicem eorum referunt, subditos in remedijs, & alijs iuribus parochialibus ultra ea, quae sibi de iure debentur, non grauent, utraq; depositionem eos ad peractioes Septimi, Trigesimali, uel Anniuersarii peragi faciendas, non cogant tum praeter oblationes festis solennibus (cum illa pro arbitrio fieri debeant) alias non exigant.

¶ De sepultura quoq; ac administratione sacramentorum alijsq; spiritualibus pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit, aut debeat, & propter eiusmodi a parochianis neglecta cuiq; non liceat aliquod sacramentorum denegare, neq; propter debita quempiam ab ecclesiastica sepultura prohibere. Parochialia tamen iura, quae usus recepit, & debent altari seruienti, per praedicta non abrogamus.

¶ Cum aut in diocessibus non sit eadem consuetudo, & inter subditos & pastores multa & uaria emergant dissidia, pastoribus quibusdam plura exigere propensis, Subditis uero ob penuriam & egestatem reclamantibus, & recusantibus, Ordinamus, quod quilibet Ordinarius infra sex menses post praesentium, publicationem

omnibus perpensis, beneq; & sufficienter examinatis super p̄
dictis certam legem ordinationēq; una cū Principū, aut dño
rū secularium cōsilio, quos ista negocia tangunt, cōstituat, ne
uiduæ, pupilli, & alij pauperes nimiū ultra vires iniuste graue
tur, q̄ nos, si neglectū fuerit, si in prouincia adfuerimus, uel
successor noster, habita plena de his informatiōe facturos pol
licemur, aut rem ipsam Sanctissimo Dño nostro relaturi su
mus, qui huic rei prospiciendæ, iudices deputabit.

conmissio
VII. ¶ Conuiuia presbyterorū, quæ in exequijs, & fraternitati
bus publice in tabernis huc usq; exhibita sunt, prorsus abro
gamus, q̄ plerumq; laicis sint scandalo, Si autem cōuiuium ul
cōsuetudo, uel locorum distantia exiget, fiat illud in domo sa
cerdotis, honesteq; nō ad luxum, sed ad necessitatem instru
atur. Siquidem neq; cōmissioni, neq; cōpotationi uacandum
est sacerdotibus cū quod nō audiant, quorū deus uenter est, tū
q̄ officij eorum est, & sobrie, & caste, pro peccatis, deo dona
sacrificiaq; offerre.

domat
VIII. ¶ Porro, ne & ipsi uideant pecuniæ aucupiū magis, q̄ salu
tis animarū studiū amplecti, dū laicos grauiora delicta cōfesse
ros hinc inde remittunt, nō sine famæ, rerūq; dispendio. Con
stituiamus, & ordinamus, ut deinceps quilibet cōfessor absol
uere possit laicos cōtritos, & cōfessos a quibuscunq; peccatis
occultis, q̄ tumcunq; grauibus, & enormibus, q̄ Ordinarij suę
authoritati reseruauerunt, exceptis dūtaxat homicidis, hæreti
cis, & excōmunicatis, ad Episcopū, uel eius Vicariū mitten
dis, Quo aut ad clericos, nihil quoad hoc statutū itelligat, in
nouatum, Pro cōditione aut & remissione peccatorū (quā ab
solutionem uocant) nihil omnino ab inuito exigant.

IX. ¶ Sancimus q̄q; iuxta Apostoli sententiam, quæ dicit, Ne
mini cito esse manū imponendam, ne cui temere cura anima
rū committat. Itaq; probe prius per Episcopum, uel eius Of
ficialem, etiam religionem professus, nec liceat ulli Vicarium
ecclesiæ, & plebis suæ sufficere, illamve locare, siue emolumē
tum, quod absentia nomine recipiet, cōstituete, sine autorita
te Episcopi, aut Vicarij, nam cū os boui trituranti nō sit alli
gandum, Episcopi, uel Officialis arbitrio eiusmodi emolu
menta locationum, & absentiarum moderanda censemus.

¶ D^omos quoq; fundosq; dotales beneficior; collapsos, X.
instaurent possessores, quantum necessitas postulauerit, repa-
rataq; in debita structura conseruent, & per Archidiaconos,
& Decanos rurales, ac alios, ad quos de iure, uel consuetudi-
ne spectat, ubi negligentes fuerint per subtractionem prouen-
tuum auctoritate nostra arctius compellantur.

¶ Expresse cauentes, ne cura ecclesiarum beneficior; cō- XI.
cedatur religionem quamacunq; professis, etiam exemptis, q;
si aliqui hactenus admissi uel recepti essent (nisi de uoluntate
fauoreque superioris sui, legitimisque causis constiterit)
extra sua monasteria degere nequaquam sibi integrum fore
putent, quādo illos sic uagos per Ordinarios, uel Vicarios ad
superiores suos per uictus denegationem, aut alia iuris reme-
dia remittendos esse iubemus.

¶ Monasteriorum Prælati unicas ecclesias habentes, præ XII.
dictos Vicarios perpetuos, uel ad nutū ammouendos in eñs-
dem ecclesijs in posterum non constituent, nisi prius per Or-
dinarios, aut eorum Vicarios, ut idonei & apti fuerint admis-
si, ecclesiæ tamen suis monasterijs unitæ usq; adeo propinquæ
q; religiosi earundem curam habituri sub religione in mona-
sterio, sub debitaq; obedientia stare possent, modo sint habi-
les & idonei per huiusmodi religiosos prouideri possint, id q;
que permittimus de monasterio, quod tamen tenue est, ut de
bitam sustentationem habere nequeat, uolentes religiosos, &
qualitercunq; exemptos curata beneficia habentes, ordinario
loci esse subiectos. Cūq; in ecclesia dei magis præstet pau-
cos bonos & doctos, q̄ plures indoctos & imperitos habere
ministros, id quod ratio nostrorum temporum exigere uide-
tur. Idcirco deinceps non initientur sacris ordinibus, nisi ui-
ri morum, uitæ candore, & doctrina præ cæteris spectati, pro-
batiq; per testimonium ex animis rite seruandi.

¶ Quod attinet ad ordinatos in urbe, uel in alia quacūq; ali XIII.
ena diocœsi sancimus, ut & illi suar; ordinationū lras & tiru-
los oñdant, Et simili mō ad diuina pagēda prius nō admittāt
q̄ ab ipso Ep̄o, uel Vicario seu Officiali fuerint rite admissi.

¶ Præterea cum nihil æque cōueniat omnibus numeris, ad XIII

B

eos esse mundos, qui uasa domini portant, & in sacrario operantur, quales sacerdotes constituit ipse dominus, qui quotidie sacrosancta tractant, & in illis uersant. Igitur uolumus, atque iuxta sanctiones canonicas feliciter a diuis patribus institutas, sancimus, ut caste continenterque uiuant. Sacerdotes concubinarum, incontinenterque uitam agentes, Canonum poenis in ordinem redigantur nulla consuetudine eis, nulla conniuentia, imo damnosa Prælatorum negligentia patrocinate.

XV. ¶ Quo uero ad quæstores (qui uulgo Stationarium appellantur) statuimus, ne quis quauis authoritate, & literarum occasione, uel ad prædicandum, uel subsidia, eleemosinasque colligendas se ingerat, utcumque se iactet indulgentiis abundare, nisi prius literæ admissiois, & approbationis Ordinariæ, uel Vicariæ ab eo prolatae fuerint, astringentes ipsos Ordinarios, ut tales admittant, qui probæ uitæ testimonium habeant. Et de prædicatione sua dum opus erit, rationem reddere possint, eleemosinis, piorumque oblationibus non abusuri per luxum proprium, religione iurisiurandi affirmaturi. Sed nec quotam, nec totam colligendi facultatem certa summa pecuniarum pactos esse, Fratribus tamen mendicantibus integras saluasque concessionem a sede apostolica factas, relinquimus.

XVI. ¶ Et ut pastor agnoscat uocem ouis, & illa uicissim uocem pastoris audiat, tollaturque omnis uagandi occasio. Ordinamus, quod presbyteri peregrini, et ignoti, ad missarum sacrificium non admittantur, nec ultra Mensis spacium in consortio presbyterorum tolerantur, nisi exhibeant literas admissiois, alterius ex Archiepiscopis, uel Episcopis, in cuius diocesim se transtulerint, ac documenta, & literas testimoniales sui Ordinarii, a cuius diocesi proxime discesserunt. Quibus de eorum ordinibus & honestate constet, ne aliquis incorrigibilis post perpetratos excessus, impune ad alienam diocesim transeundo, euadat.

XVII. ¶ Ut autem Christifidelium eleemosynæ in usum, pro quo erogantur, uertantur, non liceat procuratoribus, seu uiticis fabricarum, in singulis ecclesiis quicquam de pecuniis ad fabricam prouenientibus distribuere, aut in ædificiorum, uel alterius rei usum dispensare sine rectoris scitu, sed ad armaria fabricarum re-

ponantur. Vt haftenus seruatum est duabus uel tribus clauibus pro loci consuetudine tenendis, quarum una ipsi rectori seruanda tradatur, obseruato usu in clauibus, & rationib⁹ reddendis a principibus, & superioribus haftenus recepto

¶ Statuimus quoq; & ordinamus, ne Episcopoꝝ in pontificalibus Vicarij, in consecrandis ecclesijs, & altaribus, qđ sacri iubent canones, quicq; omnino exigant, excepta procuracione, Conuenit namq; ut pro qualitate status ipsorum Episcopi prospiciant, praestando praecipue pensiones sup fructibus mensę Episcopalis a sede apostolica cōstitutis, ne aliquid attentare habeant in dedecus episcopalis dignitatis. XVIII.

¶ Nec ab re, immo iustis de causis adducti, festorum multitudinem constringendam esse duximus, Statuentes, & ordinantes, ut de cætero, dominica dies, quæ in gloriam dominicæ resurrectionis ad nos usq; a primitiua ecclesia maxime celebris semper habita est. Dies quoq; natiuitatis Christi, sancti Stephani, Iohannis, & Innocentium, Circumcisionis, Epiphaniarum, Paschæ cum feria secunda, & tertia dumtaxat, Ascensionis, Georgij, Penthecostes cum feria secūda, & tertia dumtaxat, Corporis Christi, Quatuor beatæ uirginis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis, Natalicia apostolorū, Iohannis Baptistæ, Magdalenæ, Laurentij, Dedicationis, Michaelis, omnium Sanctorum, Martini, Nicolai, & Catharinæ, Et per dioccesim Saltzburgen. festiuitates sancti Ruperti, sicut haftenus obseruatæ fuere, celebres quoque, & festi habeantur. In cæteris autem festiuitatibus quacunq; ratione, uel institutis, uel receptis, & quæ sub præcepto celebrari debeant, permittimus liberumq; cuiq; facimus, ut missa audita, ad operas suas, quibus suam, suorumque alimoniam quærere cogitur, redire possit. Festis tamen Dedicationum, Patronorum, & principalium nihil derogantes, quo ad eorum celebrationem in cathedrali sede, ciuitateq; ac loco, etiam episcopalis residentia dumtaxat. XIX

¶ Cūq; inter pastores & gregē propter nuptiarū celebritatē, quā alij in tronizationē, alij solemnizationem uocare solēt XX.

multa, & iurgia, et scandala eueniāt, declaramus, & statuimus
q̄ matrimonia in conspectu ecclesiæ possint solennizari, nul
lo ab ordinario ad hoc cōsensu petito, aut quapiam re pro eo
exposita. Exceptis tamen tota quadragesima, ultima hebdo
moda aduentus, festis Paschæ, Penthecostes, & Natiuitatis
dominicæ, cum octauis, ac diebus rogationum.

- XXI. ¶ Ieiunia ab ecclesia instituta sub debito obedientiæ sanctę
ecclesiæ catholicæ imposterum indici debent, omisso excom
municationis uerbo, ne infirmorum conscientiæ offendātur,
cum his temporibus pietas pene omnis iaceat, sacerdotibusq̄
parum deferatur.
- XXII. ¶ Vt igitur & extinctus cultus excitetur, populuscq̄ nō fi
at indies negligentior, Statuimus, ut propter cædem clerico
rum persona tantum, nō autem locus interdicendus ueniat ni
si cœtu, concursuq̄ populari facinus patratum esset.
- XXIII. ¶ Inhibemus insuper ne imposterum Episcopi clericis legitti
mis ab intestato decedētibus in patrimonialibus bonis, aut in
dustria propria acquisitis succedere possint, aut debeant.
- XXIII. ¶ Cuncq̄ quotidie ob nouas, imo iam olim damnatas hære
ses, apostatarū, & religiosorū, sacerdotumq̄ numerus in immē
sum crescat, q̄ plurimis eorum uxores ducentibus. Vt ergo sa
crilegia hæc impunita non remaneant, Concedimus quibus
cuncq̄ Principibus, statibusq̄ potestatis secularis, eorumq̄ Of
ficialibus, ut eiusmodi apostatas, & sacrilegos capere possint,
modo reos ipsos Ordinarijs infra tempus debitum tradant, et
assignent absq̄ aliqua in eos tortura, & animaduersione debi
te puniendos, quibus enixe mandamus, ut omni posita mora,
fauoreq̄, diligentius q̄ hac tenus factum fuit, iuxta sacras san
ctiones omnino puniant facinorosos, adeo q̄ criminis enor
mitate exoptulante, possit Episcopus seruata forma capituli
primi de hæreticis in sexto rerum curiæ seculari relinquere,
uel ad perpetui carceris erumnam damnare, negligentia autē
Ordinariorū ad apostolicam sedem deducta, iudices ecclesias
tici, ab ea deputabunt, qui constituto de Ordinariorū negli
gentia, ad preces Principum, aliorūq̄ secularium, reos maxi
me hæreseos meritis pœnis afficient, Quia iam Episcoporum

quidā, ut accepimus de bñficiorū pensionibus atq; absentib; exigant decimas, cum sit id contrariū iuri, longeq; præstet male inductos usus delere, q̄ inusitatum quid admittere, idcirco decimas eiusmodi ulterius exigi, soluiq; interdici, usumq; tale qualitercūq; receptū, cassantes, cassatumq; esse censentes

¶ Itē, improbamus, & ut absōnū prorsus reiicimus, ab episcopis medios exigi fructus de beneficijs, q̄ unius sustentationi uix sufficiunt, ut sunt, quæ nō excedunt ualorem triginta duorū Rhenensium, de quibus in Romana curia mediū fructus non exigunt. Quod etiā ab Ordinarijs obseruandum esse precipimus, nisi concordatis aliter cautū esset, uel honesta ratione aliquid, sine tamen repræhensibili grauamine accipiant

¶ Ceterū quo maior fiat coniunctio, firmaq; magis inter prouinciales, stabiliatur concordia totius prouinciæ, antiquum morem synodorū innouantes, Statuimus, ut singulo triennio post Pascha prouinciale concilium celebretur.

¶ Ad hæc cum beneficia propter officia iuxta patrum sanctiones dari consuerunt, fieriq; uix possit, ut in tanta præbendatorū caterua non reperiatur, qui officij oblitus, horas negligat canonicas, Hinc statuentes uolumus, & ordinamus, ut locorum Ordinarij per Archidiaconos, & Decanos de huiusmodi sacerdotibus negligentibus, sese diligenter edoceant, et secundum uniuscuiusq; negligentiam atq; desidiam fructus perceptos, uel in utilitatē ecclesiæ, uel in usum pauperum uertāt. Quod si post legitimas monitiones, & simul primā correctionē in eandem negligentiam, quæ dissolutæ prorsus mentis indicium est, quis relabatur, tum beneficio etiam ecclesiastico priuetur, Collatoriq; uel patrono de alio idoneo prouidendi, aut præsentandi si potestas.

¶ Sanctionem patrū, qua ecclesiastica sepultura priuatur quisquis nō confessus, nec eucharistiæ Paschali tempore cōmunionē sumpserit, inuiolabiliter obseruandū esse statuimus, ac ubi quem cōtigerit, inopinata morte obire inconfessum, sepultura præfata, illum carere nō uolumus, modo ipsius curato cōstet, uel doceat; illi, ipsum secundā iam dictā sanctionem cōfessum esse, & simul cōmunicatū, aliudq; nō obstet canoni-

cum impedimentum.

- XXIX.** ¶ Ad extollendā execrabile blasphemiam diuini nois atq; diuorū, q̄s temnere fas nō est, statuimus, & ordinamus, ut quicūq; clericus, uel sacerdos, deo palā maledixerit cōuitijs, cōtume lijsq;, atq; adeo obscenis uerbis inceserit deū, & dñm nostrū Iesum Christū, aut nunq̄ satis laudatam matrē eius gloriosam uirginem pari blasphemia, lingua impetiuerit, aliosq; sanctos blasphemauerit, fructuū, uel bonorū priuatione, seu alijs pœnis pro qualitate blasphemiae, & delicti plectatur.
- XXX.** ¶ Contra symoniæ labem nō discedimus a patrū sanctionibus, iubentes eas sub pœnis in illis contentis obseruari.
- XXXI.** ¶ In sortilegos, diuinaculos, incantatoresq; clericos, q̄s tā sacrae leges, q̄ patrū decreta execrant, statuimus, & ordinam⁹ ut arbitrio superiorū infamia notent, si qui moniti nō destiterint, ordine amoueantur, inq; monasteriū ad tēpus iuxta arbitriū superioris relegent, bñficijs, officijsq; suis ecclīasticis priuati. Cæteri aut Pseudochristiani, de fide parum probe sentientes citra delectū personarū, hæretici q̄q;, uel iudaismū referētes, a sc̄tā Ch̄rianorū cōgregatione procul arceant. Cōtraq; eos diligēti inq̄sitione procedat p̄ Ordinarios, uel eorū dē Vicarios, aut hæreticę prauitatis inq̄sitores, uel p̄ iudices a sede ap̄lica, uel p̄ nos deputādos, ut nō resipiscētes, pœnis puniant.
- XXXII.** ¶ Prohibemus etiā, tā clericis, q̄ laicis, de sacro (debitis. sc̄tā fide temere, præcipue inter pocula, atq; cōuiuia disceptare, iniungentes sacerdotibus, ut omni modestia utantur, & peculiariter operā impendāt, nouo ueteriq; testamento legendo ut par est, ne per oia in uicia, uoluptatesq; labantur.
- XXXIII.** ¶ Statuimus, & ordinamus, ut quilibet Ep̄us diligēter provideat, atq; in primis id curet, ut Vicarij siue p̄petui, siue pronutu positi, cōpetentē uiuēdi portionē assequant, ne detur eis ansa suos subditos ob rei familiaris penuriā grauādi. Porro q; proxime accedit ad Ap̄lorū institutionē, moremq; primitiue ecclīæ hortamur, cū Prælatos, tū reliq; sacerdotes, ut meminerint pauperū, & elemosynis studeāt alter alterum uincere.
- XXXIII.** ¶ Sunt itē pleraq; alia summis pōtificibus, sacris concilijs, prouincialibusq;, & synodalibus cōstitutōnibus prodita, que mire decēt, & ordināt cādorē uitæ clericalis, nec minus obui

ant offendiculis q̄ Ch̄rs passim cauenda p̄cepit, q̄ uelut sc̄tā te
neri, & obseruari mādamus, trāsgressores secundū canones ip
sos, prædictasq; constitutiones puniri uolentes.

Inhibētesq; propterea om̄ibus, & singulis Vicarijs, & Of
ficialibus, nec nō & Archidiaconis, & Decanis ruralibus, a
l̄isq; ad q̄s criminū denunciatio correctioq; q̄modolibet spe
ctat, aut q̄bus id p̄ Ordinarios cōmitteret, ne ad excessus, trans
gressionesq; alicuius dictarū cōstitutionū, statutorū, & ordina
tionū nostrarū ob pecuniā etiā ultro oblatā, aut alteri⁹ rei gr̄a
cōniueāt, sed potius ad p̄cenas de iure, ul' cōsuetudine debitas
cōtra delinquentes, pro delicti qualitate, et officij sui debite p̄
cedāt, atq; ut ita fiat, qm̄ nihil proderit leges cōdere, nisi sint,
qui cōditis uiuāt, m̄temq; earū exequātur, utq; refloreat ca
tholica fides, ecclesiasticaq; dignitas (hæresibus, radicibus ex
tirpatis) suū locū recuperet, idq; uix alio medio aptius, atq; cō
modius fieri possit, q̄ synodis. Itaq; priscū synodorū morē re
nouare cupiētes, statuimus, & ordinamus, ut singulo anno sal
tē synodus diocesana oportuno tpe a singulis Ep̄is celebret,
cū potioribus Prælatibus, Decanis ruralibus, uirisq; dignis, in
q̄bus per quartas designent iudices, q̄ diligēter intendāt, si sta
tuta p̄dicta, ac alia p̄ synodos de scitu Ep̄iscopi statuenda ob
seruent, inuocato ad hoc (si opus fuerit) brachio seculari Man
dantes propterea, ut huius nostræ cōstitutionis, ordinationis
& series, in p̄fatis synodis, tā prouincialibus, q̄ diocesanis, in
earundē principio diligenter legat, ne quis in futurū ignoran
tiā prætexere possit. Datū Ratisponæ. Anno a natiuitate
Dñi millesimo, quingentesimo, uigesimo quarto, Nonis Iul
ij, Pontificatus præfati dñi n̄ri Papæ Anno primo.

Visa.

Iul.

Flo. Montinus.

D. de Paternina.

G. Prego,

Iodocus Hoetfilter Reuerēdiss. dñi L. Cardina.

Campegij Legati & c. Notarius subscripsit.

Coloniz in domo Quentell 1525.

Synodus

ant ostendit...
 nec...
 for...
 habet...
 scilicet...
 lisp...
 est...
 quoniam...
 non...
 contra...
 cedit...
 qui...
 theologia...
 tripas...
 modus...
 non...
 te...
 cu...
 p...
 tus...
 tenet...
 datus...
 quare...
 erunt...
 et...
 Dni...
 in...

V. lra.
 fol.
 Rom...
 D. de...
 G. P. ego
 Iodocus...
 Camp...
 Colonia...



Kp 1536

ULB Halle

3

001 516 213



M



CONSTITVTIO

ad remouendos abusus et or-

dinatio ad cleri uitam reformandam per Reuendissi-

um in Christo patrem, & Dominum D.

Laurentium tituli sanctæ Anastasiæ,

S. R. E. presbyterum Cardi-

nalem, & ad Germaniam

&c. de latere Legatum

nuper Ratisponæ

næ ædita.



¶ Præncitur constitutionum index.

